1485

Kazimirus dei gracia Rex polonie Magnus dux
Lithwanie Russie prussieque dominus et heres etc.

Significamus tenore presencium quibus expedit universis Quomodo Nobiles Stanislaum Bronysch
de Lubza et Stanislaum Boynowsky Rothmagistros cum comitiva eorum in trecentis
peditibus et quatuor equitibus in servicium nostrum suscepimus suscepimusque presentibus [illegible]
quod servicium nostrum ipsis et cuilibet eorum incipit a die [illegible] carnisprivii
[illegible] super quemlibet peditem per quinque equitem vero per decem florenos
Hungaricales pro quolibet quartali anni dare et solvere promittimus et pollicemur
in verbo nostro Regio Stamus insuper ipsis et cuilibet eorum pro captivitate
et dampnis que in ipso servicio nostro iuste et legitime perceperint aut perpessi
fuerint Harum quibus sigillum nostrum est subimpressum testimonio literarum Datum
Cracovie feria sexta infra octavas penthecostes Anno domini Millesimo quadringentesimo
octuagesimo quinto

Dominus Rex
per se

Creslaus [illegible]

1485

6